PETRVS MOCENICVS

DUX LXIX.

Electus die 15. Decemb. Anno 1474. ætatis ſuæ 69. obiit die 23. Febr. 1475. cum ſediſſet Anno 1. Menſ. 2. dies 9.

SCHEMA VETVS.

Ille ego qui Phrygias urbes Aſiæque potentis
Oppida, qui Cilicum claſſe, Cyprumque recepi,
Æquora piratis, Scodram obſidione levavi,
Patrum conſenſu, populi Dux voce creatus.

PEtrum Mocenicum ætate gravẽ, victoriis graviorem, quibus Annos ſuos dinumerabis, nec adhuc deficiẽt; Principem habes unde ſeptuageſimum. Magiſtratum gerat, vel legationes, de ſcelere domi cenſura triumphat: foris eloquentia certat, & expugnat. Manu cum pugnaſset ante adeptũ Principatũ; propugnavit poſt auſpiciis, obſidione Naupacti ſolutà, quẽ triginta armatorum millibus Solimanus intercluſerat. Eadem fęlicitate Lemnum ſervavit,

ubi